UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm LXXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

procem.decret. & in d.l. benè à Zenone. & ius cano-
nicũ fundatũ ſit ſuper æquitate ſecundũ Bal. in l.fi.in
prin. C.de iure delib. & probatur in c. dilecti.de iudi.
ſequitur, ꝙ dicta iura non habebũt locum de iure ca
nonico, & ita tenent Ioan.Fab. Ange. & alii in d.§.fi.
dicentes diſpoſitionem illorum iurium eſſe iniquã,
& non obtinere de iure canonico, ut eſt tex.in c.qui-
cunq;. 12.q.2. & in c.placuit. 16.q.3. idẽ eſt de mente
gl.in d.c.2.de rebus eccle. nõ alien. & hoc tenent do
cto. magis cõiter quãuis Moder. dubitẽt in d. c.quæ
in eccleſiarũ.de conſtit.& †ius canonicũ. in hoc non
ſolũ in foro eccleſiaſtico. ſed ẽt in utroqne foro, & in
quibuſcunque terris ſeruãdum eſt. d.c.fi.cũ materia.
de præſcrip.cum iis, quę habẽtur in c.1.de noui oper.
nũcia. & in c.1. de cõſtit. Præterea, ut pręſupponit do.
conſultor, & benè, quando princeps uẽdit rẽ alterius
ſimpliciter ut ſuam non allegãdo, ex qua cauſa, tunc
iura præallegata locum habent, at quando ex aliquo
titulo dat rem tanquam ſuam, uel tanquam ſibi debi-
tã ex aliqua cauſa expreſſa, puta hæreditatis, ut quia
uendiderit ut hęres, uel ex aliqua alia cauſa, quæ non
ſit uera, ſed erronea & falſa, tunc dicta iura locum nõ
habent, ſed contra habentem cauſam à principe agi
poteſt ad oſtendẽdũ cauſam, ex qua princeps crede-
bat rẽ ad ſe ſpectare, nõ eſſe uerã, ſed erroneã, ut uo-
lunt Bal. & Salic. poſt Cy. in l.1.C.de hæred. uel actio.
uendi. Sed cauſa in donatione, & conceſſione princi-
pis, de qua agitur, allegata propter quã princeps res,
& bona donata ad ſe ſpectare credebat, fuit erronea,
& nõ uera, ut ex deductis in ꝓceſſu cõſtat, ergo &c. Vl
7 timo† ad hoc, ut princeps admittat ad tenutã bono-
rũ illius, qui ex aliqua cauſa ipſi tenetur, & ad hoc, ut
huiuſmodi bona poſſint in ſolutũ adiudicari, requiri
tur, ꝙ obſeruetur certa forma, ut habetur ĩ quodã ſta
tuto Mantuæ, ubi dicitur illud eſſe de forma: quę for-
ma, & ſolemnitas nõ fuit in caſu noſtro obſeruata ad
uerſus præfatum do. Andreã, ergo omnia, quæ aduer
ſus dictũ do. Andream facta fuerunt, ſi facta reperian
tur, uidelicet tenuta, adiudicatio, & poſtea ĩde ſequu
ta debẽt dici nulla, arg. l. iulianus. §.ſi quis rẽ.ff.ad ex-
hib. per doct. maximè Alex. in l. 1. ff. de libe. & poſth.
& per Moder. in c.cũ dilecta. de reſcrip. & faciunt ea,
quæ habẽtur in l.2.C.ſi prop. pub. pẽſitat. ubi reuoca-
tur tenuta, & uẽditio rerũ debitoris fiſci non ſeruata
forma, & ſolẽnitate ſup hoc tradita, & faciũt not. per
Bald. in l.fin.C.ſi aduer.fiſ. & eſt bonus tex. in l.unica.
C.de uendit. rerũ fiſcal. lib. 10. & dicit Bald. in l.1.C.ſi
propter publi. penſitat. in 2. col. ꝙ ſtante ſtatuto, uel
conſuetudine ſuper mõ exigẽdi à debitoribus fiſci, ſi
princeps cuidã exactori mãdatũ dederit, ꝙ compel-
lat omnes debitores fiſcales ad ſoluendũ omni coer-
ctione, qua ſibi uideatur expedire, ille ſtatutũ, ſeu cõ
ſuetudinẽ ſuper mõ exigendi ſeruare tenebitur, alio-
quin exactio nõ ualeret. Et his breuiter requiſitus de
ſimplici ſubſcriptione ſum contentus, ex quibus con
cluſionem traditam à præfato domino Conſultore
approbo, & tanquam ueram ſequor. Laus Deo.

## SVMMAE.

1 *Promittens cum iuramento affictus ſoluere quando illos ſoluere teneatur, etiam ſi uerè pro uſuris illicitis ſolui dicerentur, & num. 7. & 9.*

2 *Ordo ſcripturæ attendendus, & quando.*

3 *Prius in tempore præſumitur eſſe id, quod eſt prius in ordine ſcripturæ.*

4 *Promiſſio de ſoluendo Kalendis, quando de primis, & quando de ſequentibus intelligatur.*

5 *Affictus, & penſiones à conductore in recompenſationem fructuũ ſoluuntur.*

6 *Interpretatio ſemper facienda, ne quis moram, & delictum incurrat.*



7 *Affictus, qui uerè pro uſuris illicitis ſoluuntur, non debentur, & iam ſoluti debent in ſortem compenſari.*

8 *Lis per ſimplicem citationem, & productionem petitionis iudici factam dicitur pendere ad effectum, ut ea pendente nihil ſit innouandum.*

9 *Promittens cum iuramento ſoluere uſuras, & affictus an petendo abſolutionem à iuramento in fine termini poſſit exequutionem iuramenti, & uſurarum impedire.*

10 *Interpretatio in dubio contra uſurarios eſt facienda.*

11 *Cõtractus uſurarius ex quibus, & quod coniecturis præſumatur.*

12 *Clericus propter crimen uſurarum grauius punitur, & contra eũ magis præſumitur.*

13 *Et nouum pactum, ſeu contractum inueniens in fraudem uſurarum eſt tanquam uſurarius deponendus, & ordine, ac beneficio priuandus.*

## EPITOME.

Exequutionẽ inſtrumenti iurati impediri propter litem motam, & pendentem ſuper uſuraria prauitate, & abſolutione à iuramento petita quandocũque ante terminum ſolutionis.

Et locatione de menſe Iulii facta cum pacto, quòd conductor pro affictu ſoluere teneatur certam uuarum quantitatem de menſe Septembris, & certã quãtitatem faſciorum, ſeu lignorum de menſe Auguſti, intelligi debere de primo menſe Auguſti poſt menſem Septẽbris & nõ de pręcedente illũ, hic probatur.

## CONSILIVM LXXXIIII.

IN cauſa inhibitionis factæ ad inſtantiam
Flandri de Monte caluo, an inſtrumentũ
ſit exequendũ quoad affictus conuentos
contra ipſum Flandrum, ſtante dicta inhi
bitione, & productione libelli contra emptorem, eũ
demq́ue locatorem ſuper prauitate uſuraria, quam-
uis prima facie uideatur dicẽdum, inſtrumentum eſ-
ſe exequendum nõ obſtãte prauitate uſuraria per ip-
1 ſum Flandrum propoſita, †ex quo conductor, ipſeq;
Flãdrus fideiuſſor in ſolidum cum iuramentum pro
miſerunt ſoluere affictus, & tempus ſoluendi immi-
net, & propterea ipſi pro obſeruantia iuramenti tenẽ
tur, & cogi poſſunt ad ſolutionem affictuum, etiam
præſuppoſito tales affictus uerè ſolui pro uſuris illi-
citis, licet facta ſolutione repetitioni poſtea per con
dictionem indebiti locus eſſet, ut eſt tex. clarus cum
ibi not. in c. debitores. de iureiuran. qui ſecundũ do-
cto. communiter ibi, ut refert Felin. intelligitur, quã
do expreſſe, & ex ſui forma non conſtaret contractũ
eſſe uſurarium, & debitor ita ſe arctaſſet, quòd in cõ-
tinenti, hoc eſt infra terminum ſolutionis faciendæ
non poſſet conſtare cõtractum eſſe uſurarium, iuxta
ea, quæ habentur in l.ſi is, à quo. in princ.ff. ut in poſſ.
lega. Tamẽ, his nõ obſtãtibus, contrariũ puto uerius,
eſſe in caſu, de quo dubitatur, nã reſpectu ſolutionis
faſciorum, ſeu lignorum exequutio cõmitti non po-
teſt, quia dies, & tempus ſolutionis illorũ non dũ ue-
nit, cum in inſtrumento locationis dicatur, quòd cõ
ductor teneatur pro affictu, & nomine affictus ſingu-
lo anno de menſe Septembris ſoluere duas caſtella-
tas uuarum, & per totum menſem Auguſti faſcios
quingentos, & ſic ex ordine ſcripturę prius de menſe
Septembris ſoluẽdæ ſunt duæ caſteliatæ uuarum, de-
inde de menſe Auguſti, & ſic de anno ſequenti faſcii
ſolui debẽt: quod ſi ita eſt, apparet, diẽ ſolutionis fa-
ſciorũ nondũ ueniſſe, & conſequenter ante tẽpus eſ-
ſe actum: & quòd uerum ſit, ꝙ prius ſoluendæ eſſent
uuæ de menſe Septẽbris, deinde anno ſequenti faſcii
ſoluẽdi ſint de menſe Auguſti, probatur primo ex or
dine ſcripturæ inſtrumẽti, in quo prius dicitur, ꝙ de
menſe Septẽbris debẽt ſolui uuæ, deinde de mẽſe Au
2 guſti faſcii, & †ordo ſcripturæ attendendus eſt, qñ ſic
euitaret peccatũ, & delictũ, & reſultaret fauor. l. quo-
ties.

ties,& ibi gl.& doct.ff.de uſufruct.Bar.& Bal.in 1.cõ
3 ſtit.Cod.in §.quibus.nã† quod prius eſt ĩ ordine ſcri
pturæ, præſumitur eſſe prius in tempore. Bal. in d. l.
aduerſus.C.de furtis. & l.2.§. prius.ff.de uulga.& pu-
4 pilla.&† quãuis qñ aliquid promittitur dari,ſeu ſolui
kalẽdis,ſeu tali mẽſe, ĩ dubio de primis intelligatur.
l.cũ qui kalẽdis.ff.de uerbo.oblig.tamẽ quãdo ex uer
bis ꝓmiſſionis, ſeu ex illorũ ordine apparet nõ poſſe
intelligi de primis, tũc intelligitur nõ de primis, ſed
de ſequẽtibus,ut in d.l.cũ, qui.in uerſi.planè.ſed ĩ ter
minis noſtris ex quo fuit præpoſita ſolutio uuarũ, q̃
eſt faciẽda de mẽſe Septembris, ſolutioni faſciorum
q̃ fieri debet de mẽſe Auguſti,apparet ex ordine ſcri-
pturæ,quòd debet intelligi non de primo menſe Au
guſti,ſed de ſequenti, & uẽturo poſt menſem Septẽ-
bris anni futuri: & hoc ſecundo loco uerũ eſſe ſuade
5 tur,quoniam† cum affictus, & penſiones à conducto
re in recompenſationem fructuũ ſoluantur,ut in l.ex
conducto.cum l.ſequen. ff.locati.& c.propter ſterili-
tatem.extra eodem titu. & locatio facta fuerit de mẽ
ſe Iulij,quo tempore iam faſcii erant inciſi, & à com
muniter accidentibus,ẽt ad domum domini condu-
cti,& ſic ab ipſo uẽditore percepti erant tanquã ex re
propria,nõ aũt tanquam ex re conducta, ſequitur, ꝙ
debet intelligi de faſciis futuri anni, & ſic de menſe
Auguſti anni ſequentis poſt mẽſem Septembris,quo
tempore de re conducta, & tanquã ab ipſo conducto
re ſolui dicerẽtur. Tertio nulli dubiũ, ꝙ illa uerba, ꝙ
teneatur conductor ſoluere faſcios de mẽſe Auguſti,
poſſunt intelligi nedũ de primo Auguſto,qui Septẽ-
brem præcedebat, ſed ẽt de Auguſto uenturo poſt Se
ptembrem anno ſequenti, & hoc maximè ex ordine
ſcripturæ, & prima intelligentia, ac interpretatio ad
fauorem locatoris faciet, ſecũda uerò cõtra ipſum:&
cũ ſimus ĩ dubio ſemper faciẽda, & aſſumẽda eſt illa
interpretatio,quę facit cõtra ipſum locatorem fundã
tem ſe in his uerbis contractus, cũ legem apertius di
cere potuerit.l.ueteribus.ff.de pactis.& l.cum ĩ lege.
ff.de contrahen.emptio.& præſertim hæc interpreta
tio facienda eſt, ne conductor periurium,& pœnam
6 incurriſſe dicatur,quia† ſemper facienda eſt interpre
tatio,ne quis morã,ſeu delictum dicatur incurriſſe.l.
nec adiecit.ff. pro ſocio.l.ſi ſeruum.§. ſequitur. ff.de
uerb.obliga.cum iis, quæ habẽtur in l.inſulam.codẽ
titu.& ex his apparet reſponſum iis,quæ in contrariũ
facere uidebantur,ut ſupra in principio dictum fuit,
nam reſpectu faſciorum exequutio peti non potuit,
cum nondum uenerit dies,ut dictum eſt,nec ẽt reſpe
ctu uuarum,quia ante terminũ ſolutionis petita fuit
7 relaxatio,& abſolutio à iuramento, & † petitum fuit
declarari contractum eſſe uſurarium,& conſequẽter
affictus faſciorũ, & uuarum futuros non deberi,nec
ſoluendos eſſe,& præteritos debere in ſortem cõpen
ſari iuxta ea, quæ habẽtur in c.1.de uſuris.iũcto c.ad
noſtrã.de emptio.& uenditio.& c.illo uos.de pigno.
8 & no.in c.cõqueſtus.de uſuris.&† lite pẽdente,quæ ꝑ
ſimplicem citationem, & productionẽ petitionis iu
dicii factam dicitur pendere. clem.1.ut lite pẽden.ni
hil eſt innouandum.e.1. ut lite pend.cum ſimilibus.
Nec obſtat,ſi diceretur,ꝙ Flãdrus nimiũ ſe arctauit,
cum iſta petierit paulo ante tẽpus ſolutionis per ea,
quæ habẽtur maximè ꝑ Felin.in d. c.debitores. Quia
9 reſpõdeẽ primo,ꝙ† gl.ibi in uer. ibi cogẽdi ſunt in fi.
uer.uidetur uelle, ꝙ quandocunque ante ſolutionẽ
factã petita fuerit abſolutio,ſufficiat ad effectũ,ut de
bitor ratione iuramẽti ſoluere nõ cogatur:Noto, dũ
glo. ſimpliciter ponit de petitione abſolutionis ante
ſolutionẽ,& eius terminũ,qa infertur ſatis eſſe,ꝙ ta-
lis abſolutio quandocunq; petita fuerit,ut clarius ui
detur uelle glo.in c.1.codẽ tit.& de hoc eſt tex.in ter
10 minis in c.tuas.de uſuris.& † hæc interpretatio
da eſt cõtra creditorẽ,& uſurariũ in odiũ ipſorũ
riorũ,cõtra quos in dubio facienda eſt interpret
ut in c.cum tu. de uſuris.& in clem.1.codem tit
cundo reſpondeo, ꝙ & ſi quando quis nimium
ctauit,non poſſit exequutionẽ iuramẽti,& uſur
impedire, petendo abſolutionem à iuramẽto
termini,ut dicit Felin.in d. c.debitores. tamẽ
uerum in principali debitore,qui nõ potuit
liter ignorare ſe obligatum fore ad ſoluendum
termino,ut principalis,quia in facto proprio
tollerabilis ignorantia.l.ſi.ff.pro ſuo.& ita loqu
doc.& Felin.in d.c.debitores.ſed in fideiuſſore
alio ſe obligauit, & potuit exiſtimare principal
torẽ ſoluiſſe,& ſic qui potuit habere iuſtã cauſ
dendi fuiſſe ſolutum,ſecus dicendũ eſt, ut ille
dicatur excuſatus,quàm principalis debitor,
to c.fin. cum ibi not.de fideiuſſo.& ad propo
duco tex.cũ glo.in c.peruenit. de fideiuſſ. ubi
ſor, qui ſoluit etiã uſuras pro debitore princip
illas à debitore repetere, quãuis fuerint inde
hoc in caſu,quo fideiuſſor ſortem, & uſuras
tore ſoluere iurauiſſet,nã ratione iuramenti
uere debuit, niſi ante earũ ſolutionẽ impe
petijſſet abſolutionem,uel relaxationem à
iuxta ea,quæ habẽtur in c.1.de iureiuran.
cũ gl.habemus,ꝙ fideiuſſor uſque ad dien
num ſolutionis poteſt petere abſolutionẽ
to gratia uitandi ſolutionem uſurarũ. Quo
11 terminis noſtris cõtractus fuerit uſurarius,
multis coniecturis perpendi:& quãuis duæ
ræ,& præſumptiones ſufficiant,ut dicit textus
lo uos.de pigno.& præſertim ſi creditor con
uſuras exercere,ut ibi,& in d.c ad noſtrã. &
Abb.& alios,tñ in caſu noſtro nõ duæ, ſed plu
ſunt coniecturę,prima. n.adeſt cõiectura pacti
trouẽdendo,quod factũ fuit eadẽ die, qua reſ
dita,ut ĩ d.c.ad noſtrã.& licet pactũ ſimplex de
uẽdendo nõ dicatur prohibitũ, nec reprobatũ
de pactis inter empto. & uẽdito. tamẽ qñ cõcu
modicitate pretij,uel aliis cõiecturis,dicitur re
tum,& uſurariam prauitatem ſapit.d.c.ad noſtr
quę Abb.& alij.Secundo cõcurrit in caſu noſtro
dicitas pretii non modo enormis,ſed etiam en
ſima etiam longè ultra dimidiam iuſti pretii
citur maxima cõiectura labis uſurariæ. d.c.ad
Adeſt etiã magnitudo, & graue onus affictu
aliquibus annis ferè medietatem ſortis æq
quæ etiam eſt optima præſumptio contra
ut dicunt Veronen.in tracta.de ſimula.con
præſumptione. & docto.in d.c. ad noſtram.&
illo uos.Intelligo etiam ſecundum ea,quæ
dro fideiuſſore uerbo relata fuerunt,qui offert
le id probare,quòd creditor ſolitus eſt huiuſmo
tractus facere, & fœnerari : quod ſi uerũ eſſet,
una alia ſimplici præſumptione ſufficeret ad c
dendum contractum fuiſſe uſurariũ, ut habetur
c.illo uos.in fin.uer.& ibi per ſcrib.& in d c.ad no
& plenius per præfatos Veronẽ. in dicto tracta
terea factũ fuit pactum, ꝙ tempore ſrãchation
cõductor teneatur ſoluere omnes expẽſas inſtr
torũ,& omniũ aliorum, quod pactũ ſecundum
nen.in d.tractatu unà cũ aliis coniecturis facit
mi contractũ fęneratitiũ,ut probatur in d.c.illo
& ibi not.& eſt glo.in c.2. 47. diſtinct. & tanto
ex prædictis cõiecturis præſumẽdũ eſt in caſu
12 contractũ eſſe uſurarium, † ex quo celebratus
clerico in ſacris cõſtituto,& beneficiatus,con
magis præſumitur, & qui propter crimen uſur
grauius punitur,ut habetur ĩ c.1.& c. quoniã.

&c.1.47.diſ.& ibi per totum maximè in c.2.cū gl.quæ dicit,ꝙ † clericus nouum pactum,uel contractū inueniens in fraudē uſurarū,ſecundum quod habetur in d.c.ad noſtrā.& in d.c.illo uos.eſt tanquam uſurarius deponendus,& ordine, ac beneficio priuandus. Et hæc pro aliquali informatione R.D.Epiſcopi maioris mei honorandi dicta ſufficiant. Laus Deo.

### SVMMAE.

*1 Lauda,& inſtrumenta non habent de iure communi exequutionem paratam,ſecus de iure municipali.*

*2 Exequutio inſtrumenti non poteſt impediri ex petitione coram epiſcopo ſuper uſuraria prauitate facta.*

*3 Laudi exequutio non poteſt per exceptionem uſurariā impediri.*

*4 Exequutio inſtrumenti liquidi non debet fieri die feriata, & prius eſt exequutio facienda,& poſtea de eius ualiditate,& iniuſtitia diſputandum.*

*5 Vſuraria prauitas,& ſimulatio etiam ratione peccati ad eccleſiam per denunciationem Euangelicam recurrendo non poteſt ad impediendam cognitionem ſuper negotio principali cognoſci, niſi prius negotio principali per ſententiam diffinitiuam deciſo.*

*6 Exequutio ut per uiā alicuius exceptiōis īpediatur,quid requiritur.*

*7 Inſtrumentum iuratum habet de iure communi exequutionem paratam,ſicut inſtrumentum guarentigiæ de iure municipali.*

*8 Inſtrumenti iurati exequutio prætextu exceptionis uſurariæ non differtur,nec impeditur.*

*9 Exequutio inſtrumenti,laudi, & ſententię facilius incidenter, & per uiam exceptionis impeditur,quàm par uiam principalis petitionis.*

*10 Exequutio inſtrumenti,uel ſnīæ non differtur,nec impeditur etiam prętextu exceptionis,quæ aliàs regulariter impediret, & differret,quando opponitur ab eo,contra quem eſt præſumptio.*

*Idem,ſi gratia differendi opponeretur,num.14.*

*11 Reſtitutio petita incidenter impedit exequutionem ſententiæ, niſi petatur ab eo,contra quem eſt præſumptio.*

*13 Ex ſententia præſumitur contra illos,contra quos eſt lata.*

*14 Inſtrumento in dubio ſtatur,& pro eo præſumitnr.*

*15 Reſcriptum ſecundum,ēt apoſtolicum impetratum non facta mētione primi,uel tacito, quòd primum fuerit cōi conſenſu partium impetratum,non ualet,& ex primo ſolum eſt procedendum.*

*16 Quid,ſi diuerſa reſcripta ab eodem ſuper eodem ad eoſdem, uel diuerſos iudices impetrentur.*

*17 Reſcripto impetrato quis litigando ſuper alio reſcripto renunciaſſe dicitur.*

*18 Iudicium finiendum eſt,ubi per litis conteſtationem eſt cœptum, nō obſtantibus literis,quibus cauſa alij fuiſſet delegata.*

*19 In ſecundo reſcripto non ſolum de primo ſuper eodem impetrato eſt facienda mentio,ſed etiam de proceſſu facto uigore primi.*

*20 Delegatus etiam à Papa ſolum de cauſa ſibi commiſſa, eiuſque incidenti,& acceſſoria cognoſcere poteſt, nec in alia uel cognoſcendo,uel inhibendo ſe intromittit.*

*21 Actionū,et cauſarum diuerſitas ex medio concludendi cognoſcitur.*

*22 Inhibitio ad inſtantiam partis quomodo,& à quo impediendā exequutionem inſtrumenti fieri debeat.*

*23 Inhibitio ſemper intelligitur fieri ſub conditione,ſi de iure fieri pōt.*

*24 Inhibitioni facta ab eo, qui iuriſdictione caret, non eſt parendum.*

### EPITOME.

Exequutionem inſtrumenti non impediri per proceſſum ſimulationis contractus,& uſurariæ prauitatis in caſu huius conſilij demōſtratur,& licet in proximo præcedenti conſilio contrarium fuerit concluſum, tamen eſt aduertendum, quòd ibi quoad quædam agebatur ante, quā dies ſolutionis ueniſſet, & quoad alia ante terminum ſolutionis abſolutio à iuramento fuerat petita, & lis ſuper prauitate uſuraria iam pēdebat, & agebatur contra fideiuſſorem,non autē contra principalem debitorem. Quæ cum in caſu huius conſilii non adſint,nil mirum, ſi exequutionem non impediri,ut ſupra,concluditur.

## CONSILIVM LXXXV.

Dicam breuiter, & concluſiuè loquendo,
quid iuris eſſe ſentiam ſuper duobus, de
quibus fui interrogatus, quorum primum
eſt,utrum exequutio inſtrumenti habentis
exequutionē paratā impediatur per proceſſum ſimu-
lationis contractus,& uſurariæ prauitatis. Secundum
eſt,an pēdente appellatione coram do. Vicario R. D.
Epiſcopi,& do. Baptiſta de Auro iudicibus commiſſa
riis R.D. Legati per literas ad petitionem illorum de
Beninis impetratas,do. Poteſtas iudex delegatus apo-
ſtolicus ex literis aliàs ad petitionē dictorum de Beni
nis impetratis poſſit dictis iudicibus inhibere,ne in cā
appellationis procedant.¶ Quoad primū dubium cō-
cludo exequutionem inſtrumenti non poſſe impedi-
re prætextu petitionis principaliter factę, uel faciēdæ
ſuper adminiſtrationis tutelę,& ſuper ſimulatione cō
tractus,ac ſuper uſuraria prauitate : & ad hoc dicendū
1 moueor ex pluribus, pręſupponendo prius, ꝙ † licet
lauda,& inſtrumenta regulariter de iure cōmuni exe-
quutionem paratam non habeant,Bar.in l. ſi ſocieta-
tem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.Anto. & alii in c.quin
tauallis.de iureiuran.Salice.in l.cum antea. C.de arbi.
Imol.in l.ſi conuenerit.ff.de re iud.docto. in l. minor
uigintiquinque annis.ff.de mino.Ang. & Alexā. in l.ſi
cum dotē.§.eo aūt.ff.ſol.matr.Ang.& Imol.in l. ſi ma
rito.§.ſi uoluntatis.ff.eod.tit.Bal.in l.1. C.de exequu.
rei iud.& Alex.in l.ſed ſi poſſeſſori.in fin.ff. de iureiur.
tamen de iure municipali ſecus eſt, ut cōiter dicunt
docto.pręallegati extare ſtatuta ferè per totum Italiā,
2 & maximè hic Bononię.Hoc p̄ſuppoſito,ꝙ † exequu-
tio inſtrumenti non poſſit ex cauſis pręd ictis impedi
ri,cōprobo ex notabili dicto Angeli in l.4.§.condem-
natum.ff.de re iud.ubi dixit, ꝙ cum inſtrumenta ho-
die habeant exequutionē paratā ex forma ſtatuti,exe-
quutio inſtrumenti impediri non poteſt, licet debi-
tor coram epiſcopo per uiam principalis petitionis pe
tierit declarari inſtrumentum eſſe uſurarium. Secūdo
3 † ad idem adduco doctrinā Petri de Ancha. in conſi.
114.aliàs 98.incip.iſtam quæſtionem,qui determinat,
ꝙ ad impediendam exequutionem arbitramenti quis
non poteſt allegare debitum eſſe uſurariū, & ſimula-
tum,& idem uoluit Alex.in conſi.91.uolu.2.Accedat
4 etiam id, † quòd ponit Paul.de Caſt. in l.pen. ff.de fe-
riis.dicens, ꝙ exequutio inſtrumenti liquidi non de-
bet fieri die feriata,nam licet cauſæ cognitionem non
requirat,tamē poſtquam facta eſt, quæritur de eius va
liditate,& iniquitate,ſeu de eius iuſtitia : ex quo dicto
infertur prius faciendam eſſe exequutionem, & dein-
de diſputandum de eius iuſtitia,& ualiditate. Adde,&
5 illud, † ꝙ uoluit Bald.in c.1.§.ſi quis per triginta.circa
fi.in tit.ſi de feudo fuer.controuer.inter do.& agna.in
uſu feudo.ex cuius uerbis colligitur, ꝙ licet aliàs pro-
pter prauitatē uſurariam,& ſimulationem contractus
ratione peccati poſſit ad eccleſiam per denunciatio-
nem euangelicam recurri iuxta text.in c.nouit.de iu-
di.& c.in omni.de teſtibus.cum ſimilibus. tamen hoc
uerum eſſe uidetur,poſtquam per ſententiam iudicis,
coram quo prius agebatur, fuerit negotiū principale
6 deciſum.Et hæc comprobo ratione, nam † ad hoc,ut
exequutio impediatur etiam per uiam exceptionis, ꝑ
quā facilius impeditur,quàm per uiam principalis pe
titionis,ut infra dicā,requiritur,quòd id, quod ad im-
pediendā exequutionē opponitur,ſit tale,quod altio-
rem indaginē non requirat,ſed ſtatim, & incontinen-
ti probari,& de eo conſtare poſſit.l.fi. C. de ord.cogn.
Bar. & oēs.in l.4.§.condemnatū.ff. de re iudi.in l. fin.
C.ſi ex fal.inſtr.& in l.ſi prætor.in fi.ff. de iud. facit tex.
in cle.1.de re iud.cum ibi not.Bal. in addit. ad Spec.in
tit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN